Q. D. B. V.

DISSERTATIO
DE
IIS, QVIBVS JVS BELLIGERANDI. COMPETIT,



QVAM,

CONSENTIENTE

MAGNIFICO JCTORVM ORDINE,

PRAESIDE

DN. STEPHANO WAGA,

J. V. D. ET PROF. PVBL.

JVDICII CRIMINALIS AVLICI ASSESSORE,

PVBLICE DEFENDET

FRIDER. AEMILIVS CABRIT,

J. V. C. REGIOM. BOR.

AD DIEM XXVI. JVNII CIↃIↃCCXXXVIII.

IN AVDITORIO MAXIMO.



VITEMBERGAE,

RECVDEBAT JOANNES FRIDERICVS SCHLOMACHIVS.

MDCCXXXIX.

cap. 26. §. 1. Definitur, quod ſit ille *ſtatus, quo reſpublicæ violenter ſibi mutuo extorquere aliquid tentant vel ſatagunt.* CHRIST. WOLFF. *Phil. moral.* §. 881. vel ut GROTIVS *de J. B. & P. L. 1. c. 1.* §. 2. dicit: *Eſt ſtatus per vim certantium, qua tales ſunt.*

2) Conf. VITRIARII illuſtrat. Inſt. Jur. Pub. *L. III. T. 19.* §. *47.*

§. II.

Apud Romanos.

Romani, a primis Reipublicæ initiis, bellis erant addictiſſimi. Romulus enim patrem ſuum, Martem eſſe credens, militarem conſtituit Rempublicam, & poſt mortem Proculo Julio obvium ſe dans, nuntiari juſſit, cœleſtes ita velle, ut Roma, caput orbis terrarum, ſit, & Romani rem militarem colant, ſciantque & ita poſteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis reſiſtere poſſe 1). Hæc narratio Romanos movit, ut bella cum diverſis nationibus multa eaque formidoloſiſſima gererent, & quidem, pro diverſo Reipublicæ ſtatu, vel moderantibus Regibus, vel Conſulibus, vel Imperatoribus.

1) LIV. *Lib. I. c. 16.*

§. III.

In ſtatu Regio.

In Statu Regio ſumma & belli & pacis poteſtas penes Reges erat, quibus propter Lucretiæ ſtuprum ejectis 1) belli & pacis jura ad populum per-

perveneruut, qui rogabatur in campo Martio, an vellet juberetque bellum ſuſcipere aut pacem facere 2). Quo conſentiente, Lex de indicendo bello in *Comitiis Centuriatis* ferebatur 3). Injuſſu enim populi nil quicquam ſanciri potuit, nec fœdus, quod populus non juſſiſſet, ſatis firmum ratumque 4). In Statu Monarchico ſoli Imperatores jura belli & pacis ſibi vindicarunt, adeo, ut nemo inferior, citra crimen læſæ Majeſtatis hæc uſurpare potuerit 5). Populari. Imperatorio.

1) FLOR. *Lib. I. cap. VII.* VALER. MAX. *Lib. VI. cap. I.*

2) LIV. *Lib. XXXIII. cap. XXV.*

3) NIEUPORT. *Antiqu. Rom. Sect. 1. cap. 7. §. 4.*

4) LIV. *Lib. IX. cap. IX.* Poſtumius inquit: *Neque ego inficias eo, P. C. tam ſponſiones, quam fœdera ſancta eſſe apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur:* SED INJUSSU POPULI NEGO QUICQUAM SANCIRI POSSE, QUOD POPULUM TENEAT. CIC. *Orat. XVI. de lege Agraria.*

5) *L. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* dicitur: *Eadem lege (Julia Majeſtatis) tenetur, qui injuſſu Principis bellum geſſerit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit &c. L. un. C. Ut armorum uſus inſcio Principe interdictus ſit.*

§. IV.

Germani, libertatis tenaciſſimi cuſtodes, quam, ex Status ratione, amori patriæ præferebant, Apud Germanos veteres.

 dum

dum ea, quæ in natali solo relinquebant, facile aliunde recuperare sperabant 1), jura belli & pacis ei concredebant, quem ad bellum gerendum *Regem, Principem* vel *Ducem* sibi eligebant. Erat enim potiorum Germaniæ populorum forma politica una eademque, nimirum *Democratica*, regie vel aristocratice temperata, id quod pro statu militari, quem pro scopo habebant Germani, magis conveniebat 2). REGES ex nobilitate sumebant, quorum potestas tam limitata erat, ut illis nil nisi umbra imperii Monarchici superesset, adeo, ut ipsi non plus haberent juris in multitudinem, quam multitudo in ipsos 3), nisi, quod *Marcomani, Quadi* & *Sviones* monarchice fuerint recti, quod etiam de *Rugiis* & *Lemoviis* TACITVS prædicat 4). PRINCIPES jura per pagos reddebant 5), quandoque sub Principum adpellatione, Duces & Reges comprehendebantur. DVCES, quorum officium militare fuit, ex virtute sumebant, qui exemplo potius, quam imperio, si promti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præerant, eligebanturque belli tempore, dum Civitas bellum aut illatum defendebat, aut inferebat, ut tanquam Magistratus bello præsint 6). Fiebat autem electio in communi concilio ab omni populo, ubi electus scuto imponebatur, humerisque sustinentium

tium

tium vibratus, populo tam palmis quam voce plaudente, Dux constituebatur 7). Summa itaque & belli & pacis jura penes populum apud Germanos veteres primario erant; nam de minoribus saltem Principes consultabant, qui & in comitiis negotia dirigebant 8).

1) TACIT. de M. G. *cap. XXXVII.* & Annal. *Lib. II. cap. X. XLIV. XLV.*

2) CONRINC. *de urb. Germ.* §. *45.* HERT. *not. vet. Germ. pop. cap. IV.* §. *1. 2. 3.* CLUVER. *Lib. I. c. 38.*

3) CAESAR de B. G. L. V. *c. XXVII.* TAC. de M. G. *c. VII. & XI.*

4) TAC. de M. G. *cap. XLII. XLIII. & XLIV.*

5) TAC. de M. G. *cap. XII.*

6) CAES. de B. G. *L. VI. c. XXIII.*

7) TAC. Hist. *Lib. IV. c. XV.* GREGORIUS TURONENSIS *Lib. II. c. XL.*

8) TAC. de M. G. *c. VII. & XI.*

§. V.

Quum vero Germani, in hoc militari Statu, non integrum interque se nexum Reipublicæ Systema constituerint, prouti hodie, sed tot fuerint particulares Respublicæ, quot populi: hinc sæpe a Romanis tentati, inter complures tamen, quas perpessi sunt, clades, nunquam penitus subacti sunt

Sub Ducibus Francicis.

ſunt 1). Tandem ſub Valeriano & Gallieno Imperatoribus, hoc maxime ludibriis & helluationibus vacante 2), plurimi Germanorum populi in unum coiverunt, commune fœdus primum inter ſe habentes, ad vindicandam contra Romanos libertatem 3), nomen FRANCORVM, quaſi liberorum hominum, ducentes 4), quamvis alii Francos vel a *Franco*, gentis auctore, vel Attica lingua dictos eſſe velint, quaſi feros, a feritate & duritate cordis 5). Inter iſtas gentes licet complures comprehendantur, uti *Bructeri, Marſi, Teucteri, Uſipetes, Chamavi, Ampſivarii, Attuarii, Salii, Ripuarii, Dulgibini, Angrivarii, Friſii* &c. 6) Præ ceteris tamen binæ erant, in quas diſtinguebantur, *Salii* atque *Ripuarii* 7), inde binæ apud Francos reperiebantur leges, *Salica* atque *Ripuaria* 8). Hi populi, Reges cum abſoluta poteſtate non habebant, ſed Duces ſaltem militares, qui tamen Reges, Regales, vel Subreguli vocabantur, horumque non unus, ſed plures, pro populorum diverſitate ipſis præerant 9). Quapropter manſit jus belligerandi penes populum adhuc.

1) conf. ANDR. JVL. DORNMAYER *de Germania nunquam a Rom. ſubacta.*

2) EVTROPIVS *Lib. IX. cap. VI.* ait: *Horum imperium Romano nomini perniciosum & pene exitiabile fuit, vel infelicitate*

licitate Principum, vel ignavia. TREBELLIVS POLLIO GALLIENO *cap. IV. cumque ludibriis & belluationi vacaret, neque aliter Rempublicam regeret, quam quum pueri fingunt per ludibria potestates. Galli, quibus insitum est, esse leves ac denegerantes a civitate Romana & luxuriosos Principes ferre non posse, Posthumium ad imperium vocarunt, exercitibusque consentientibus, qui occupatum Imperatorem libidinibus sentiebant querebanturque.*

3) Patet hoc ex præfatione legis Salicæ, ubi dicitur: *Hæc est enim gens, quæ fortis dum esset, & robore valida, Romanorum jugum durissimum de suis cervicibus excussit pugnando.* Plenius hoc demonstrat NICOLAVS VIGRIERIVS *de situ & orig. vet. Francorum apud* du CHESNE *Script. Hist. Francorum, Tom. I. p. 34.* SCHATENIVS *Lib. III. Hist. Westphal.*

4) conf. WACHTER *Glossar. in voce Franc.* HADR. VALESII *Notit. Galliarum voce Franci.* Primus Francorum mentionem facit TREBELLIVS POLLIO in Gallieno *cap. VII. contra Posthumum Gallienus bellum incepit, & cum multis auxiliis Posthumus juvaretur Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino processit.* Factum hoc circa A. C. CCLXIII. & cap. VIII. *ibant præterea gentes simulatæ, & Gothi, Sarmatæ, Franci, Persæ.* JOH. ISAAC PONTANVS *originib. Franc.*

5) GOTFRIDVS WENDELINVS *Glossario Salico vocum Attuaticarum* dicit: *Etymon descendit a voce nostrate Atuatica Vranghe, quod est acerbum, asperum, trux, ferox.* Hoc confirmat auctoritate scriptorum veterum, quod *Gesta Francorum cap. 2.* indigitant: *tunc appellavit eos Imperator Valentinianus Francos Attica lingua, quod in latinum intelligitur sermonem, hoc est, feros a duritia vel ferocitate cordis.*

6) SCHATENIVS *Hist. Westphal. p. 145. 151.* HERTIVS *Not. vet. Franc. cap. 1. §. 5.*

7) Vt ZOSIMVS distinguit *L. III. cap. VI.* & HADR. VALES. *not. Gall. voc. Riparii.* LINDENBROG Gloss. *voc. ripuarius pagus.* SALII non tam a *saliendo*, quod veloces essent, levis armaturæ milites, ad imitationem Saliorum, qui apud Romanos Martis erant sacerdotes, prout putat BARTH. CHRIST. RICHARD. *Differt. de Francorum, Saliorum & Salicorum origine & differentia*, sed singularis erat Francorum populus, vel a sede priori *Sal-land, Sal gow, Sal-hagen*, vel a flumine sedes illas alluente, sic dictus. WACHTER. *Gloss. voc. Salii.* Ab his *Saliis terra Salica* nomen adepta, & ab hac nomen *Salicus* suam traxit originem: & quamvis primitus *Salici* ii saltem dicerentur, qui in terra Salica nati, attamen, quum Franci Gallias devicissent, sensim ad omnes Francos Saliorum adpellatio spectabat, quumque *Salii* potissimum *Aulici* facti, hinc Salica persona eadem quæ aulica, nobilissimique Francorum salici sunt dicti. OTTO FRISINGENSIS *Lib. IV. c. 32.* WACHT. RIPVARII. a ripa Rheni sic dicti, quam primum in prima æque secunda Germania possidebant, postquam vero superiora Burgundiones, Alemani & alii, inferiora Franci occupassent, Ripuarii a sæculo quinto a Colonia Agrippina Moguntiam usque fuerunt extensi, quorum regio provincia Ripariorum dicta, VALES. *not. Gall. c. l.*

8) *Salica* lex illa est, quæ pro Saliis Francis fuit lata, ita, ut Romanæ & Longobardicæ opponeretur, qui ergo sub Saliis habitabant, Lege Salica tenebantur. Reliqua pars Francorum secundum legem Ripariam vivebat, a salica distinctam, EGINHARDVS *de vita Carol. M. cap. XXIX.* Hinc Francus Ripuarius in Capitularibus vel Legibus Francorum dicitur.

citur. Capit. L. IV. cap. LXXV. *Ibi volumus, ut quadraginta denariorum quantitatem ſolidus habeat, vel Saxo vel Friſio ad partem Salici Franci cum eo litigantis ſolvere debet.* LEGE RIPVARIA Tit. XXXVI. *Si quis Ripuarius advenam Francum interfecerit, CC. ſolid. culp. jud.* & Tit. LVIII. §. 1. *Hoc etiam jubemus, ut qualiſcunque Francus Ripuarius ſeu tabularius* &c. Binæ ſuperſunt leges ſalicæ hodie, prima, eademque antiquiſſima, prout ex Codice Fuldenſi ab HEROLDO ſuit edita, recentior altera, prout a TILIO, PITHAEO, LINDENBROGIO atque BALVZIO ſuit edita, a Regibus Francorum Chriſtianis, Clodovæo potiſſimum, Childeberto & Lothario ſuit emendata, additis poſtmodum Caroli M. & Ludovici Pii Capitulis. Hæc lex non unica tantum erat, ſed prout Leges XII. Tabb. integrum legum corpus & volumen conſtituebat, in certos titulos, capita & legum numeros diſtinctum. Licet vero ſub terra Salica ipſa Saliorum regio intelligatur, in ipſa tamen lege, certas ſaltem privatorum poſſeſſiones notat, ubi dicitur: *De terra vero Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat: ſed ad virilem ſexum tota terræ hereditas perveniat.* Leg. Sal. *Tit. LXII. l. 6.* Quum enim Franci in unam gentem coaluerint, probabile eſt, quod Ducibus vel Regibus ſuis certa Domania adſignaverint, ſi poſtea ex his quædam prædia bene meritis ſine ſervitiis concederentur, hæ dictæ fuerunt terræ Salicæ. COCCEJ. *Prud. Jur. Publ. cap. III. Sect. VI. §. 91. & cap. XV. S. I. §. 9.* BVRC. GOTTHELF. STRVVII *Diſſert. de allod. imp. §. 7.* Terræ ergo ſalicæ medium erant inter feuda & allodia, nam feuda fidem requirebant & ſervitia militaria; allodia liberæ diſpoſitioni erant relicta; verum terræ ſalicæ ſine ſervitiis quidem erant, ſed non adeo liberæ, nec ſuc-

cessioni nec dispositioni relictæ. Interim nonnulli allodium & salicam terram pro synonymis habent. WACHTER *gloss. voc. Sal-land*, verum minus recte.

9) GREGORIVS TVRONENSIS *Lib. II. cap. IX. cum multa de Francis Sulpitii Alexandri narret historia, non tamen Regem primum eorum ullatenus nominat, sed Duces eos habuisse dicit.* Paullo post: *hic relictis tam Ducibus quam Regalibus, aperte Francos Regem habere designat, hujusque nomen prætermittens, ait:* Sic dum reliqui scriptores Francorum Regum mentionem faciunt, nullum dubium est, hos ita fuisse denominatos, licet tantum Duces fuerint militares. MASCOV. Geschichte der Deutschen *Lib. VIII. §. 44.*

§. VI.

Sub Regibus Francorum.

Franci tandem communem sibi Regem primum PHARAMVNDVM A. C. CCCCXX. elegerunt, qui universæ genti imperaret 1): Abhinc Reges Francorum jure hereditario succedebant 2), cum monarchica potestate, ita, ut Reges ex libera voluntate contra Ordinum etiam adsensum bella gesserint, & alia jura monarchica exercuerint 3), ita tamen, ut libertatem cum Principatu probe miscerent, & populum per *Duces* regerent, quorum nomen tum temporis erat officii & cum eodem connexæ dignitatis 4), quibus *Comites* suberant, qui jurisdictioni præfuerunt, paucis exceptis, qui nullum Ducem supra se habebant

bebant 5), utrique vero & Duces & Comites hereditarii non erant 6).

1) AIMONIVS *Lib. I. cap. IV. Regem vero, ceterarum more nationum, Franci sibi eligentes, Faramundum Marchomiri filium solio sublimant regio.* Gesta Francorum Epitomata *cap. IV. tunc defuncto Sunnone & accepto consilio in unum primatum eorum unum habere Principem petierunt consilium Marchomiro, ut Regem unum haberent, sicut cetera gentes. At ille dedit eis consilium, & elegerunt Faramundum, filium ipsius Marchomiri & levaverunt eum super se Regem crinitum.*

2) AIMONIVS *Lib. I. c. XII. Childerico hereditario jure successit Clodovæus.* Idem *Lib. II. cap. XIV.* Equidem nonnulli negant Francis fuisse regnum hereditarium, quod, constitutos atque electos, Scriptores memorant. EGINHARDVS *vita Caroli M. c. III. ibi Franci, facto solenniter generali conventu, ambos sibi Reges constituunt* (scil. Carolum & Carolomannum.) Annales Laurishamenses ad A. 768. *Carolus* & *Carolomannus consensu omnium Francorum Reges creati.* Ast hæc verba generalia solummodo inaugurationem & adprobationem populi denotare, explicant alii. BVRC. GOTTHELF STRVV. *Corp. Hist. Germ. Period. III. §. XXXVI.* quum Reges ipsi de successione per testamenta definire solerent, populi consilium adhibentes, ut eo firmior habeatur dispositio, salva tamen regia auctoritate. HVGO FLAVINIACENSIS ad A. 813. *Carolus extremo vitæ suæ tempore, congregatis omnium Francorum Principibus, Ludovicum filium suum consortem regni & imperialis nominis fecit heredem, imposito capiti ejus diademate.* conf. charta divisionis imperii inter Lothar. Pipinum

num & Ludovicum, filios Ludovici Pii Imp. circa finem. *Quæ capitula propter utilitatem imperii, & perpetuam inter eos pacem conservandam, & totius Ecclesiæ tutamen cum omnibus fidelibus nostris considerare placuit, & considerata conscribere, & conscripta propriis manibus firmare, ut Deo opem ferente, sicut ab omnibus communi voto actum est, ita communi devotione a cunctis inviolabiliter conserventur ad illorum & totius populi Christiani perpetuam pacem. Salva in omnibus nostra Imperiali potestate super filios & populum nostrum cum omni subjectione, quæ patri a filiis & Imperatori ac Regi a suis populis exhibetur.*

3) HVGO FLAVINIACENSIS *de Bell. Longobard. ad A. 772. Carolus intravit Italiam & suscepit bellum, quod a patre suo, supplicante Stephano Papa, fuerat susceptum. Quidam autem de Primoribus Francorum adeo voluntati ejus renisi sunt, ut se domum reversuros & Regem deserturos libere pronuntiarent.* Idem HERT. *not. vet. Francorum cap. IV. §. 3. & cap. V.* Equidem sæpe in comitiis publica negotia fuerunt pertractata, & Reges Ordinum consilium expetierunt, verum horum votum tantum erat *consultativum*, minime *decisivum*, dum Reges, expositis sententiis nihilominus faciebant, quid vellent prout videndum ex capitulari Carolomanni *A. 742.* apud BALVZIVM *P. I. p. 146. Ego Karolomannus Dux & princeps Francorum anno ab incarnatione Christi DCCXLII. XI. videlicet Kalendas Majas cum consilio servorum Dei Optimatum meorum Episcopos, qui in regno meo sunt cum Presbyteris ad concilium & synodum pro timore Christi congregavi, ... ut mihi consilium dedissent, quomodo lex Dei & ecclesiastica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum dissipata corruit, & qualiter populus Christianus ad salutem*

tem animæ pervenire possit, & per falsos sacerdotes deceptus non pereat. Pari ratione Scriptores nonnunquam Francici, in bellis a Regibus suscipiendis, consilium ordinum adhibitum fuisse memorant. EGINHARDVS *ad A. 772.* inquit: *Rex vero Carolus, congregato apud Wormatiam generali conventu, Saxoniam bello aggredi statuit.* Sed hoc nil nisi magnum fuit consilium bellicum, quod & hodie illi Principes convocare solent, qui sibi subditis absoluta potestate imperant. Exempla ex historia quod Reges, in bellis gerendis, consilium ordinum libere expetierint, sunt plurima. Uti in bello decreto *Wormatiæ* A. 772. adversus Saxones, pariterque *Durii* A. 775. *Wormatiæ* A. 776. *Paderbornæ* A. 777. *Durii* A. 779. *Costhemii* A. 795. *Aquisgrani* A. 797. & 812. *Cholunpuri* adversus Wittonem Spoletanorum Principem A. 884. *Martisburgi* A. 1005. contra Boleslaum Polonum: *Belegarii* A. 1010. contra eundem & rursus *Martisburgi* 1017. *Argentorati* 1075. contra Saxones; *Aquisgrani* A. 1106. adversus Henricum IV; *Francofurti* A. 1109. contra Polonos; *Bambergæ* A. 1135. contra Italos; *Spiræ* adversus Infideles A. 1146. & *Norimbergæ* A. 1147. contra Mediolanenses A. 1156; *Wormatiæ* A. 1172. contra eosdem. *Moguntiæ* adversus infideles A. 1188; *Martisburgi* contra Henricum Leonem A. 1189. *Spiræ* contra Colonienses 1205. *Hagenoæ* adversus Italos A. 1209. *Francofurti* adversus Infideles A. 1224. &c. PFEFFING. *ad Vitr. Jus Publ. Lib. I. Tit. 2. p. 171. n. 15.* LIMN. *ad Capit. Caroli V. art. XI. voc.* Die Reichs-Stände *p. 184.*

4) Franci ad imitationem Romanorum duos primarios viros ad regendas provincias mittebant, alterum *Ducem*, alterum *Comitem*, quorum ille rem militarem curabat, hic jus populo

pulo dabat, uterque temporaria ac precaria gaudebat potestate, ad arbitrium Regis revocabili. WACHTER. *gloss. voc. Herzog.* & Lege Bajuvariorum *T. II. c. IX.* apud BALVZ. *Tom. I. p. 104. Si quis autem Dux de provincia illa, quem Rex ordinaverit, tam audax, aut contumax, aut levitate stimulatus, seu protervus & elatus, vel superbus atque rebellis fuerit, qui decretum Regis contenserit, donatu dignitatis ipsius ducati careat, etiam & insuper spem supernæ contemplationis sciat se esse condemnatum, & vim salutis amittat.* conf. BVRC. GOTTHELF. STRVV. S.I.P. *c. XIX. §. 3.*

5) Quod Comites Præsides Justitiæ fuerint, patet ex Edicto dominico Caroli M. apud BALVZ. *Tom. I. p. 329. Carolus dilectis Comitibus seu judicibus & Vassis nostris, Vicariis, Centenariis vel omnibus missis nostris & Agentibus.* Quod vero aliqui Comites supra se Duces non habuerint, asserit FREDEGARIVS *cap. LXXVIII. quo cum decem Duces cum exercitibus, qui super se Ducem non habebant, perrexissent.* De Burgundiis testatur DITMARVS *Lib. VII. p. 407. in his partibus nullus vocatur Comes, nisi is, qui Ducis honorem possidet.*

6) Excipe Bavarios Duces, ex familia Agilolfingica, qui hereditarii erant, a Regibus nihilominus dependentes. Lege Bajuvariorum *Tit. II. cap. XX. n. 3.* apud BALVZ. *Tom. I. p. 106. Dux vero, qui praeest in populo, ille semper de genere Agilolfingorum fuit, & debet esse, quia sic Reges antecessores nostri concesserunt eis, ut qui de genere illorum fidelis Regi erat & prudens, ipsum constituerent Ducem ad regendum populum illum.* Comites quoque non fuisse hereditarios demonstrat plenius OLIVARIVS UREDVS *Hist. Comit. Flandriæ cap. X.* WACHTER. *gloss. germ. voc. Graf.*

§. VII.

§. VII.

Francorum poteſtas in majus creverat Saxonibus a Carolo M. ſubjugatis, quippe jura belli & pacis Regibus privative competebant, Imperii Ordinibus non niſi ad conſilium adhibitis [§ 6. n. 3.] 1): Poſtquam vero *Ludovici Pii*, filii, *Lotharius*, *Ludovicus* & *Carolus Calvus*, per pactum Virodunenſe A. 843. Regnum Francicum inter ſe diviſerunt; Germania ſub Ludovico a Regno Francorum ſeparatas accepit rationes, ſeparatum jus Publicum, cum hucuſque a Francorum pependerit imperio: A quo tempore potentia Francorum imminuta Statuum vero Imperii creſcere cœpit auctoritas 2). Quum enim ſub initio Regni Francici nulli ex Ordinibus bellum decernere aut indicere permiſſum fuerit: (§. 6.) temporis ſucceſſu potentiores facti Duces ac Comites, non ſolum Carolum Craſſum depoſuerunt & Arnulphum conſtituerunt A. 887. 3) quippe ab eo tempore Germani Jus eligendi Regem ſibi vindicarunt, dum, exſtincta cum Ludovico IV. in Germania linea Carolingica, licet non deeſſent apud Gallos Carolingi, Conradum I, Ducem Francorum A. 912 Regem elegerunt 4); Verum etiam una cum aliis Juribus Majeſtaticis, belligerandi quoque poteſtatem ſibi arrogarunt, Sub Imperat. Carolingicis.

C adeo,

adeo, ut, quum a Conrado I. præpotentes Germaniæ Duces, Bavaricus scil. Svevicus, Francicus, Lotharingicus, præsertim Saxonicus deficerent & cum eo bellum gererent 5), Conradus dum se eosdem in officio continere parem haud videret, Ducibus, sub Feudi lege, propriam in Ducatus potestatem reliquit, ut Duces non amplius essent Gubernatores atque administratores Ducatuum ipsis ab Imperatoribus concreditorum, sed propriam adipiscerentur potestatem. Hinc origo dignitatum petenda in Imperio hereditariarum, magnaque in Jure Publico notanda mutatio, quod Regnum Germ. ex hereditario electitium factum & pristina Monarhica potestas paullatim diminuta sit 6).

1) Hinc THEGANVS *in vita Ludovici Pii cap. XX.* Imperii ordines *Consiliarios* adpellat. Conf. HINCMARVS *in Instructione ad Ludovicum Balbum Op. Tom. II. p. 179. cap. II. III. & VII.*

2) Latius hoc demonstrat CONRINGIVS *de Germanorum Imperio Romano cap. IX. §. 9. & 10.* SCHVRTZFLEISCH *de divisione Imperii Carolini §. 35.*

3) Plenius hæc referunt, REGINO *ad A. 887.* ADLZREITER *Annal. Bojor. P. I. Lib. XII. n. 30.* BRVNNER. *P. II. Annal. Lib. II. n. 3. p. 75.*

4) DITMARVS *Lib. I. apud Leibnitium Rer. Brunsvicens. Tom. I. p. 325. Conradus Francorum quondam Dux egregius,*

gius, & tunc Ludovici successor pueri, artem tenebat regni quem ob meritum sui Otto prædictus Dux ab omnibus Regni Principibus in Regem electus sibi quasi ad hoc indigno, præposuit, seque cum filiis fidei suæ ac potestati subdiderat, REGINO *ad A.911.* LVITPRANDVS *Lib.II. c.VII.* OTTO FRISING. *Lib. VI. c.XVI.*

5) Pluribus hæc recensent DITMARVS *c. I.* LVITPRANDVS *L. 2. c. 7.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad A.914.*

6) LEHMANN *Chron. Spir. L.II. c.XVI. & L. IV. c. 1.* MYLER ab EHRENBACH *Archologia Ord. Imp. c. IX.* CONRING. *de Duc. & Comit. §. XXII.* STRVVII Synt. J. Publ. *c.XIX. §. III. IV.* Ill. LVDWIG *Dissert. de Conrado I. c. IV.* quanquam ibidem asserat, Duces Germ. terras suas Conrado I. in feudum obtulisse atque isto tempore plena jura Superioritatis adquisivisse.

§. VIII.

Imper. HENRICVS AVCEPS jura belli & pacis iterum sibi soli vindicavit, & non solum regni sui initium disciplina pacis servandæ inchoavit, cum illis temporibus, pro turbato Germaniæ Statu, etiam Nobiles latrociniis insudarent 1), sed etiam, subacto Burcardo Alemanniæ & Arnulpho Bavariæ Duce 2), Tyrocinia, quæ alias Ludi Equestres, vulgo *torneamenta* dicuntur, exercuit, ut militem haberet equestri prœlio exercitatum 3), urbesque exstrui jussit 4). OTTO M. turbatores pacis, jura belli sine suo consensu, usur-

Sub Imperatoribus Saxonicis.

uſurpantes, graviter punivit. Nam Eberhardum, Comit. Palat. quod Bruningum, potentem per Thuringiam Virum, collecta manu, invaſerit illiusque civitatem ſuccenderit, interfectis omnibus inhabitatoribus 5), centum talentis æſtimatione equorum 6), omnesque Principes militum, qui cum ad hoc facinus adjuvaverant, dedecore *canum*, quos portabant usque ad Magdeburgum, urbem regiam, tanquam pacis publicæ turbatores coercuit 7), præterea jura Imperii Romani, quæ huc uſque Franci poſſederunt, ad Germanos detulit 8).

1) Contin. REGINONIS *ad A. 920.*

2) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad A. 920. Henricus Rex contra Arnolphum ab Hungaris regreſſum, cum exercitu in Bavariam profectus, cum virtute & ſapientia ſua ad gratiam ſuam inflexit.* LVITPRANDVS *L. II. C. VII.* Albertus Stadenſis & Albericus *ad A. 920.*

3) Multi controvertunt de origine vocis, *torneamentum*, ſcilicet vocant quaſi inverſe *trojamentum* ſeu dimicationem Trojanam: Alii deducunt a Gallica voce *tourner.* Tandem alii a tyronibus i. e. militibus. confer. *Obſerv. Hallenſes Tom. II. Obſ. V. §. V.* Ejusmodi Exercitia equeſtria jam a Francis Gothisque, immo tempore Ludovici Germ. in ipſa Germania fuerunt celebrata. conſ. SCHVBART. *Diſſert. de ludis equeſtribus.*

4) Nam ex agrariis militibus nonum quemque elegit & in urbibus habitare præcepit, ut ceteris conſamiliaribus ſuis octo,

octo, habitacula exstrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet servaretque, ceteri vero octo seminarent & meterent, frugesque colligerent nono & suis locis reconderent. Concilia & omnes Conventus atque convivia in urbibus celebrari voluit: in quibus exstruendis diu noctuque operam dabant, ut in pace discerent, quid contra hostes in necessitate facere deberent WITTICHIND. *L. I. p. 639.* Annalista Saxo *ad A. 927.* Inter urbes primæ erant Quedlinburgum, Merseburgum, & Goslaria. DITMARUS *L. I. p. 318.* exinde petenda origo patriciorum, qui ex nobilium ordine Magistratus gesserunt in urbibus. CRUSIUS *P. II. Annal. Suev. L. III. c. IX.* POTGIESSER de orig. & nat. Serv. *L. I. C. II. §. 39.* Horum enim progenies ad exemplum Romanorum dictæ fuerunt Patricii.

5) WITTICHINDUS *L. II. p. 644.* Contin. REGINONIS *ad A. 937. Graves & intestinæ discordiæ inter Henricum, fratrem Regis & Eberhardum, Ducem Francorum, nascuntur, ob exortas inter vasallos eorum inimicitias.* Annalista Saxo *ad A. 937. & 938. Dissensio quæ facta est inter Eberhardum & Bruningum ad hoc pervenit, ut cædes publicæ fierent, depopulationesque agrorum agerentur, & ab incendiis nunquam abstinerent.*

6) Talenta alias libræ sive Marcæ dicuntur. J. Sax. *L. III. A. 51. Equus cum quo quis dominum suum sequendo eidem inservit, talento, i. e. viginti solidis coæquatur.* Das Reit-Pferd, da der Mann seinem Herrn auff dienen soll, das gilt man mit einem Pfunde. Prout hic viginti solidi talentum ein Pfund constituunt, sic *A. XLV.* idem dicitur de Marca. *Viginti solidi Marcam solent ponderare.* XX. Schilling sollen ein Marck wägen.

7) ALB. CRANZIUS *Lib. III. Saxon. cap. 15.* GEORG. FABRIC. *Orig. Sax. ad A. 937.* LEHMANN. Chron. Spir. *Lib. V. cap. IV.* Iſta erat pœna militaris apud Germanos, quæ κυνοφορία dicebatur, de qua OTTO FRISINGENSIS in geſtis Friderici Barbaroſſæ *L. II. c. 28. Vetus conſuetudo pro lege apud Francos & Svevos inolevit, ut ſi quis Nobilis, miniſterialis vel colonus, coram ſuo judice pro hujusmodi exceſſibus, reus inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, nobilis canem, miniſterialis ſellam, ruſticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. Hunc morem Imperator ſervans, Palatinum iſtum Comitem, magnum Imperii Principem, cum decem Comitibus complicibus ſuis, canes per Teutonicum miliare portare coegit.* JAC. AND. CRUSIUS Diſcur. hiſtor. de κυνοφορία. Du Freſne *Gloſſario voce canem ferre.* Hinc in vulgus notum convicium, *Hunds-Fot*, ab hac pœna militari originem traxiſſe videtur, quia portator canis cogebatur cingulum militare reddere, equo deſcendere, & canem humeris impoſitum pedeſter ferre: Præterea notum, quod, in lingua Germanica antiqua, pedes Fôt dicantur, quamvis alii illud convicium a Föden, i. e. nutrire canem derivent, quod hominum genus, cum ſit viliſſimum, nemo paulo honeſtior absque atroci injuria talis appellari poteſt. conf. WACHTERI *Gloſſar. Germ. voce Hunds-Fot.*

8) Papa Leo VIII. Conſenſu Romanorum, Ottoni ejusdemque ſucceſſoribus *A. 964.* conceſſit facultatem tam ſibi eligendi ſucceſſorem, quam ſummæ ſedis Pontificem ordinandi, atque ut ſit Rex & Patricius Romanorum. Hoc pactum exhibet GOLDASTUS *Conſt. Imper. Tom. I. p. 34.* SCHILTERUS *Inſtit. J. Publ. Tom. II. L. II. T. X. c. XXIII.*

c. XXIII. Dist. LXIII. Ex hoc pacto, jura Dominii directi una cum Imperio Romano in Reges Germaniæ pervenerunt, ita, ut inviolabili nexu, pacto in perpetuum valituro, Imperium Romanum cum Regno Germanico jungeretur. OTTO FRISINGENSIS *L. VI. c. XVII. & XXIV.* Magnum Chronicum Belgicum ad *A. 962.* CONRING. de Imperio Romano *c. X.*

§. IX.

CONRADVS II. Salicus, jus belligerandi soli Imperatori proprium vindicans, Germaniæ Principes, contra se arma regentes, sibi subjecit, eorumque munitiones destruxit 1). Verum sub Henrico IV. in puerilibus annis constituto, & ejus successoribus, Imperii Principes jura belli liberius exercuerunt, arces & civitates muniverunt, ac inconsulto Cæsare bella indixerunt, prout hujus ævi historiæ testantur 2). FRIDERICVS Barbarossa Statuum Imperii potestatem, promiscue bella inferendi, restingere curavit, & Hermannum, Comitem Palatinum, cum decem Comitibus, quod Germaniam bellis perturbarent, ad ignominiosam illam pœnam militarem, portandi canis adegit 3). Verum nec ipse pro lubitu, sed ex consensu Principum, bella suscipere poterat 4). Sub Imperatoribus Francicis.

1) WIPPO *p. 471. 472. 473. seq.* MONACHVS WEINGARTENSIS de Guelphis *c. VI.*

2) Auctor

2) Auctor vitæ Henrici apud URSTISIUM *Tom. I. p. 381. quoniam ætas immatura parum timori est, & dum metus languet, audacia crescit, puerilesanni Regis multis suggerebant animum sceleris, igitur quisque nitebatur majori se æqualis, aut etiam major fieri, multorumque potentia, scelere crevit, fecit puer, quicquid illi præscribebant faciendum;* ALBERTUS STADENSIS *ad A. 1057. conf.* BURCH. GOTTH. STRUV. *Corpus Hist. Germ. Per. VI.* per totam.

3) Vide supra §. præcedenti in not. 7) OTTONEM FRISINGENSEM alleg. *L. II. c. XXVIII.* GUNTHERUM LIGURINO *L. V.* Hoc Judicio per totam Transalpini Imperii latitudinem promulgato, tantus omnes terror invasit, ut universi magis quiescere, quam bellorum turbini inservire vellent. Leges quoque tulit, de pace tenenda, quas libris Feudorum adjunctas legimus, ut & pœnis & legibus turbas Germaniæ tam fatales sedaret.

4) Faciunt hic verba, quæ habet OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. *L. II. c. VI. ad A. 1152. Rex omnibus in Saxonia bene ordinatis, cunctisque Principibus illius Provinciæ ad nutum suum inclinatis, Bajoariam ingreditur ac Ratisponæ, Norici Ducatûs Metropoli, in festivitate Apostolorum, in Monasterio Sancti Emmeranni, nam major Ecclesia, cum quibusdam Civitatis vicis conflagraverat, coronatur, Ad eandem Curiam legati ad Eugenium Papam, urbem, ac ceteras Civitates Italiæ directi, læta reportantes redeunt. Ibi etiam Princeps, eo, quod omnibus in proprii Imperii finibus ad ejus voluntatem compositis, virtutem animi, quam intus gerebat, extra ferri disponeret, Ungaris bellum indicere, ipsosque ad Monarchiæ apicem reducere volebat. SED CUM ASSENSUM SUPER HOC PRINCIPUM, quibusdam de caussis latentibus, HABERE NON*

NON POSSET, ad effectum tunc perducere ea, quæ volvebat mente, non valens ad opportuniora tempora distulit.

§. X.

Sub Interregno Status Imperii jura belli firmiora sibi reddiderunt, ita, ut non solum Status majores, verum etiam Civitates Imperii hoc præcipuum juris Majestatici Regale ad se traherent 1). Feliciorem quidem statum finito Interregno & electo RUDOLPHO Habspurgico A. 1273, Germania recepit, juraque belli & ratione Imperatoris & ratione Statuum legibus publicis successive stabilita sunt: Verum enim vero mutatam magnopere rerum faciem deprehendimus, nam cum olim (§. 6. seq.) in bello suscipiendo vota Principum Imperii magis consultativa quam decisiva fuissent, jam Imperatores ad expetenda Statuum suffragia legibus adstringi coeperunt, quoties Imperii nomine bellum gerendum esset 2). Sub Interregno & post illud.

1) Primum Civitates Rheni contra Ditherum I. Comitem Catelnbocensem, qui *A. 1246.* Castrum Rheinfels exstruxit, atque navigationes coegit, ut telonium ibidem solverent, vinculo societatis fortissimæ *A. 1253.* se conjunxerunt, Capitaneum elegerunt, Telonia ejusdem fluminis, quæ a pluribus fuerunt adaucta, removerunt, vicinosque Principes suæ societati adhærere compulerunt. conf. LEIBNITIUS Mand. *Cod. Jur. Gent. P. I. p. 93.* & *Chron. August. ad A. 1247.* Dum postea finitimæ urbes viderent, quantum

non solum securitati dictarum Civitatum, per hoc fœdus prospiceretur, sed etiam quanta Commerciorum incrementa istæ caperent, reliquæ quoque urbes, scilicet Vandalicæ & Saxoniæ inferioris, ad exemplum Rheinensium, in hoc fœdus recipi petierunt, idemque obtinuerunt. Inde Hansa Teutonica orta. conf. KNIPSCHILD. *de J. Civit. Imper. L. I. c. IV.* Eodem tempore ob mutuam defensionem & successionem illustres familiæ pacta Ganerbinatus & Confraternitatis inter se constituerunt STRUV. *S. J. P. c. XXVIII. §. 21. seqq.* Principes Germaniæ jura territorii magis adquisiverunt. STRUV. *c. l. c. XXVI. §. 15.* & Archi-Officiales Germaniæ jus eligendi Imperatorem sibi sensim privative vindicarunt, STRUV. *c. l. c. VII. §. 6. c. XVI. §. 7.* quod ipsis primum a Ludovico Bavaro *A. 1339.* per decretum Francofurtense, apud Goldastum *Tom. III. Const. Imp. p. 411.* tandem a Carolo IV. per Auream Bullam, legem Imperii Pragmaticam, fuit confirmatum. STRUV. *c. l. c. XVI. §. 13.*

2) Hinc Maximilianus in der Handlung des Land-Friedens zu Worms de *A. 1495. A. V.* die Königl. Maj. soll kein Krieg anfangen rc. Auch sollen wir und unser lieber Sohn Ertz-Hertzog Philipp auch unsre Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs, ohne Wissen und Willen jährlicher Versammlung (per hæc intelliguntur Comitia) keinen Krieg oder Fehde anfahen, noch einig Bündniß oder Einigung, mit fremden Nationen oder Gewalthen machen, die dem Reich zu Schaden, Nachtheil oder zuwider seyn möchten &c.

§. XI.

Quoad mores hodiernos.

Quanquam hodie Imperator jus belli sibi soli reservet, inprimis in bello defensivo 1); nihilo

hilo tamen minus jus suffragii, in omnibus deliberationibus, Statibus Imperii, super negotiis Imperii, præsertim ubi bellum decernendum, stabilitum est 2), ad quod Imperatores in novissimis capitulationibus sese obstrinxerunt 3). Inde belli declaratio non nisi prævia omnium Statuum deliberatione in Comitiis instituta, publicatur 4). Quod vero in casu necessitatis in bello defensivo, aliquando, & sine consensu Electorum & reliquorum Statuum Imperator omnis generis remedia eligere possit, patet ex variis Capitulationibus 5). Defensio enim est Juris Nat. & Gentium, quæ eo minus Imperatori adimenda est, quo magis cuilibet Statui Imperii licitum est, oppugnandi cuilibet, sive sit exterus sive Con-Status se opponere armisque sua tueri. Inprimis, quando bellum veluti ex improviso gerendum, ubi instituendis deliberationibus sæpe occasio & tempus deficiunt, prouti in nupero bello Gallo-Hispano-Sardinico factum 6). Hac tamen defensione durante, nec nova munimenta intra Statuum territoria erigere, nec collapsa reparare, nec ipsis ullum incommodum metationibus adferre potest Imperator 7). Ceterunm & hoc notandum, quod in bello inferendo, in casu necessitatis, consensus Electorum sufficiat 8).

 1) Ca-

1) Capitulatio Leopoldi *A. XIII.* circa finem, ubi dicitur: Wo wir aber von des Reichs wegen oder das H. Reich angegriffen und bekrieget würden, alsdann mögen wir Uns aller Hülffe gebrauchen, &c.

2) Per *A. VIII.* Instrumenti pacis Westphalicæ §. *2. gaudeant.*

3) Imperator Leopoldus *A. XIII.* Capitulationis suæ jurato promisit: keinen Krieg noch Fehde in oder ausserhalb des Reichs, von desselben wegen, unter keinerley Vorwand, wie der auch sey, ohne der Churfürsten, Fürsten und Ständen, oder zum wenigsten der sämmtlichen Churfürsten Vorwissen, Rath und Einwilligung anfangen oder vornehmen, noch, ohne jetzt gedachten Consens, einiges Krieges-Volck ins Reich führen oder führen lassen &c. Idem Capit. Josephus *A. XIII.* & Carolus VI. *A. IV.* promiserunt.

4) Hoc videri potest ex declaratione die 13. Martii 1734. contra Gallos facta in der Reichs-Fama *Tom. XVIII. p. 194.* Wir Carl der sechste &c. Nachdem über Unser an die Reichs-Versammlung zu Regenspurg den 4ten November vorigen Jahres erlassenes Kayserliches Commißions-Decret wegen des von denen Königen von Franckreich und Sardinien, als Hertzogen von Savoyen, ungerechter, leichtsinniger und meyneidiger Weise mit Uns und dem Reich gebrochenen Friedens und ausgeübten großen Feindseligkeiten, Churfürsten, Fürsten und Stände des H. Reichs durch ihre dasige vortreffliche Botschaften und Gesandte, reiffe Berathschlagung gepflogen, und in allen dreyen Reichs-Collegiis befunden worden, wie gedachte Cron Franckreich den 1714. mit Uns dem H. Römischen Reich zu Baden in Egrow geschlossenen Frieden : : : : gebrochen &c.

5) Arg. Ordnung vom Landfrieden zu Augspurg *de A. 1548. Art. III. in fine.* Cap. Caroli V. *Art. XI.* Ferdinandi I. *A. X.* Maxi-

Maximiliani II. *A. VII.* ubi notanter: Defensive mögen Wir Uns aller Hülffe gebrauchen &c. Rudolphi II. *A. X.* Matthiæ *A. XI.* Ferdinandi II. *A. IX.* Ferdinandi III. *A. XI.* Ferdinandi IV. *A. XI.* Leopoldi *A. XIII.* Josephi *A. XIII.* Caroli VI. *A. IV.* ubi: Wo wir aber des Reichs wegen angegriffen würden, mögen Wir Uns aller dem Reich unnachtheiligen Hülffe gebrauchen &c.

6) Ob verba illa generalia *in alleg. Cap.* aller Hülffe etiam extraneum militem Imperator adhibere potest, modo nihil damni Imperio inde obducatur: vide Electi Romani Regis & Imperatoris Articulos Obligationis præstandæ Electoribus, apud GOLDASTVM *Tom. II. Const. Imper. p. 141. n. 11. Peregrinum quoque militem nullum in Germania adducat, nisi consentientibus illis. Quodsi autem bello petatur, ipse vel Imperium, liceat uti quibuscunque præsidiis.* LAMPADIVS *de Rep. P. III. C. XIX. §. 17.* LIMNÆVS ad Capitul. Caroli V. *A. XI.* ad verba aller Hülffe NITZSCHIVS ad Capit. Josephi *A. XIII. §. 7.*

7) Capit. Leopoldi *A. XIII.* in fine.

8) Capit. Ferdinandi IV. *A. XI.* Wir sollen und wollen ::: kein Gezänck, Fehde noch Krieg in oder ausserhalb des Reichs von desselben wegen, anfangen oder vornehmen, noch einig fremdes Krieges-Volck ins Reich führen oder führen lassen, ohne Vorwissen, Rath und Bewilligung der Reichs-Ständen, oder zum wenigsten der sieben Churfürsten NB. in Sachen, da in dem Verzug Gefahr stünde, bis man zu einer Reichs-Versammlung, so wir, solchen Falls zum förderlichsten auszuschreiben gelangen kan, &c. Sed principes & reliqui Status Imperii *A. 1658.* Capit. Leopoldi inserendum monuerunt: Daß der künftige Römische Kayser ohne der Stände Consens noch seines Hauses wegen einen Krieg anfangen,

fangen, noch einem andren, denselben anzufangen gestatte, daß auch von diesen Regal kein Casus excipirt, also daß der Vers: oder zum wenigsten &c. auszulassen. Item daß an statt des Vers. Wo Wir aber von des Reichs wegen &c. zu setzen: Wann der zukünftige Römische Kayser &c. FABR. Europ. Staats-Cantz. *P. XXVII. c. V. p. 414.* Clausula: In Sachen da in dem Verzug Gefahr stünde, in Leopoldina Capitulatione *A. XIII.* Josephina *A. XIII.* & Carolina *A. IV.* omissa reperitur, reliquis per omnia confirmatis.

§. XII.

De juribus Belli, Stat. Imp. compet. juxta antiquiora tempora.

Quod ad Status Imperii attinet, supra demonstratum (§. 6. 7.) illis neutiquam jus belli, sub Regibus Francorum & Imperatoribus Carolingicis competiisse, sed illos temporariam solummodo habuisse Provinciarum administrationem 1). Equidem & hac temporis periodo, Principes Imperii Regalia exercuerunt, sed hoc factum vel ex Imperatorum Regumque concessione, vel etiam auctoritate propria, Regibus se eis non opponentibus 2). Inclinante postea Carolinæ stirpis Imperio, Status Imperii etiam invitis & prohibentibus Imperatoribus, Saxonicis, Francicis, Svevicis, & sequentibus, jura belli vel contra se, vel contra exteros strenue exercuisse, Historiæ testantur 3).

1) Non intermittenda sunt hoc loco, quæ adfert, HINCKMARVS Remensis in admonitione altera pro Rege Carolo-

manno

manno apud Sparnacum facta *Tom. II. Operum ejus Epist. 15.* ad Episcopos Regni *C. XIV. p. 223. Qui autem post Regem populum regere debeant, i. e. Duces & Comites, necesse est, ut tales instituantur, qui sine periculo ejus, qui eos constituit, quos sub se habent, cum justitia & aequitate gubernare intelligant, atque cum bona voluntate, quod intelligunt, adimplere procurent, scientes, se ad hoc positos esse, ut plebem salvent, & regant, non ut dominentur & affligant, neque ut populum Dei, suum aestiment, aut ad suam gloriam sibi illum subjici, quod pertinet ad Tyrannidem & iniquam potestatem. Valde enim exigit necessitas, quia Rex aequissimo judici, de commisso sibi ministerio rationem redditurus est, ut etiam singuli, qui sub eo sunt, ministri, diligentissime ab eo inquirantur & tales constituantur, ne ipse pro eis judicium incurrat divinum.*

2) Ita Luitbaldus vel Leopoldus Bajorum Dux, adversus Hungaros bellum gessit, in ipso praelio *A. 907.* occumbens. REGINO *ad A. 907. p. 73.* OTTO FRISINGENSIS Chron. *L. VI. C. XV. p. 125.* Poppo & Egino Comites & Duces Thuringorum eodem tempore inter se conflixerunt. Annales Fuldenses *ad A. 883.* Imperante Arnolpho atrox in Franconia & crudele ortum inter Babenbergicos Comites, Albertum, Adalhardum, & Henricum; atque Herbipolensem Episcopum, Rudolphum ejusque fratres, Conradum, Gebhardum, & Eberhardum, Würtzburgicos Comites, dissidium, quod plurimum generosi sanguinis hausit. REGINO *ad A. 897. p. 70.*

3) Sub HENRICO AVCVPE, Arnolphus, Bojorum Dux, tam contra Hungaros, quam ipsum Henricum Aucupem bellum gessit. AVENTINVS *L. IV. Annal. c. XXII. §. 5. p. 454.* LVITPRANDVS *L. II. c. VII.* Cum eodem Caesare, Bur-

Burchardus, Alemanniæ Dux bellavit. WITTICHINDVS *L. I. p. 637.* Sub OTTONIBVS omnia majores nacta sunt vires, præter Duces enim, aliis quoque Regni Proceribus Feuda, hereditario jure fuerunt concessa LEHMANN *Spir. L. IV. C. III.* LEIBNIZ in *Introd. in Coll. Script. Brunsv. §. 27.* quorum auctoritas vel inde æstimanda venit, quod jura belli exercuerint. Ita hac ætate, Bruno, Lotharingiæ Dux, cum Ragenario, Montensium Comite *A. 957.* & biennio post cum Rotberto, Wermandicorum Comite bellavit. FRODOARDVS *ad A. 957. p. 191. 192.* LEIBNITZ *Tom. I. Rerum Germ. p. 291.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad *A. 959. p. 583.* Ludolphus Sveviæ Dux, cum Patruo Henrico Bojorum Duce *A. 953.* acerbum bellum gessit. Annales Hildesheimenses apud LEIBNITIVM *Tom. I. Rer. Brunsv. p. 718.* Sub HENRICO SANCTO Regni Proceres belli jura administrarunt: Hermannus, Alemannorum Dux cum Vicelino, Argentoratensium Episcopo *A. 1002.* LEIBNITZ *Script. Rer. Brunsv. Tom. I. p. 431. §. 6.* Bernhardus Dux Saxoniæ cum Mistivoi & Mizzudrag, Slavorum Principibus *A. 1013.* quod cum furore Sacra Christianorum desererent. ADAMVS BREMENSIS *L. II. Hist. Eccl. C. XXX. seq.* Hermannus Marchio-Misniæ *A. 1108.* cum Patruo Guncelino bella gesserunt. Sub CONRADO SALICO & HENRICO III. bella gesserunt: Fridericus Lotharingiæ Dux per Elsatiam & Burgundiam contra ipsum Conradum, ut & Ernestus, Dux Alemanniæ Conradi Privignus. WIPPO *p. 477.* Chronogr. Saxo ad *A. 1034.* durante HENRICI IV. Imperio jus belli exercuerunt: Ordulphus seu Otto, Saxonum Dux ejusque Filius, Magnus, cum Slavis & Archiepiscopo Bremensi. ALBERTVS CRANTZIVS *L. V.* Saxon. *C. XXVI.* ADAMVS BREMENSIS *L. IV. C. I.* HELMOL-

DVS

DUS *L. I.* Chron. Slav. *C. XXV.* Welfus, Bojorum Dux, cum Sigefrido, Augustano Præsule *A. 1084.* OTTO FRISINGENSIS *L. VII. Chron. C. VII. p. 143.* AVENTINUS *L. V. Annal. C. XVI. §. 8.* Imperante HENRICO V. belli jure usi sunt: Lotharius, Saxoniæ Dux & Hermannus, Comes Winzenburgicus *A. 1121.* adversus Monasterienses in favorem Theodorici, eorum Episcopi, in integrum restituendi. LEIBNITZ *Script. Rer. Brunsv. Tom. I. p. 739.* CRANTZIUS *L. V. Saxon. C. XLI.* Henricus Lotharingiæ Dux, contra Godefridum Lovaniensem, Ducatu Lotharingico a Cæsare donatum. SIGEBERTUS *ad A. 1106. p. 612.* Henricus Raspo Thuringiæ Comes *A. 1122.* contra Adalbertum Præsulem Moguntinum, decimas injuste exigentem. *Addit.* LAMBERTI ad *A. 1122. p. 254.* Sub LOTHARIO II. Jus belli exercuerunt: Godofredus, Dux Lotharingiæ, cum Episcopo Leodiensi, Alexandro *A. 1128. & 1129.* SIGEBERTUS ad *A. 1106. p. 612.* ALBERICUS ad *A. 1129. p. 258.* Fridericus, Dux Sueviæ, cum Gebehardo, Præsule Argentoratensi *A. 1130. & 1136. fragm. Hist. Alberti Argentinensis Chron. præfixum* apud URSTISIUM *Tom. II. Rerum Germ. p. 85.* Sub CONRADO III. Saxoniæ Bavariæque Dux, Henricus, cum Alberto Urso, Solquellensi Marchione, qui matris Eilicæ jure, Saxoniæ Ducatum petebat, contendebat, Conradus, Albertum in Ducatu firmare nisus, injustum esse perhibens quenquam Principum duos tenere Ducatus. HELMOLD. *Chron. Slav. c. LIV. p. 131.* ALBERTUS STADENSIS *ad A. 1138.* Sub FRIDERICO I. bella gesserunt inter se Arnoldus Moguntinus & Hermannus Palatinus. OTTO FRISINGENSIS *L. II. C. XXVIII.* Henricus Dux Saxoniæ & Wigmannus Archi-Episcopus Magdeb. *A. 1160. Chron. Montis sereni ad A. 1160.* HELMOLD. Chr. Slav.

L. II. C. VII. p. 226. Adolphus Holſatiæ & Bernhardus Ratzeburgicus Comites cum Lubecenſibus. ARNOLDVS *L. IV. C. VIII. p. 393. 394.* Sub FRIDERICO II. jus armorum exercuerunt Fridericus Bellicoſus, Auſtriæ Dux, contra ipſum Imperatorem. CVSPINIAN. Auſtria *p. 30.* Cum RVDOLPHO HABSBVRGICO Ottocarus, Rex Bohemiæ & Henricus Bavariæ Dux, æque ac Wirtenbergenſis Comes, Eberhardus ſenior, contenderunt. *Chron. Auſtr.* ad *A. 1273.* GERHARD a ROO *L. I. p. 22. & 23.* CRVSIVS *Annal. Sueviæ P. III. L. III. p. 966.* Cum ALBERTO AVSTRIACO Imperatore bellum movit Bavariæ Dux, Henricus. GERHARD a ROO *L. I. p. 33.* Sub HENRICO VII. Eberhardus Wirtenbergicus Comes, Civitates Sueviæ bello infeſtavit. MVTIVS *L. XXIII. p. 214.* Geſta BALDVINI *L. II. C. VII.*

§. XIII.

Jura Belli Stat. Imp., juxta recentiora tempora, per LL. publ. ſtabilita.

Tandem jura belli a Principibus Imperii per immemoriale tempus uſurpata, aliaque jura, quæ olim aliqua ratione dubia erant, quæque Proceres Regni, variis ſub titulis, vel largitionum Cæſarearum, vel feudorum tam ſponte ab Imperatoribus conceſſorum, quam oblatorum, transactionum, hereditatum, longi temporis præſcriptionum exercebant, hodie manifeſta, Legibusque Imperii fundamentalibus ſtabilita ſunt. Non omnes tamen omnia ſimul hæc belli & reliqua jura, ſed paulatim ſibi acquiſiverunt, quæ alluvionis inſtar cuicunque accreverunt, ut manifeſtum non

non ſit, quo ſinguli momento iis gaudere ceperint. Et dum Aurea Bulla, a Carolo IV. 1356. publicata, una cum Receſſibus Imperii 1) ſaltem injuſtum bellum prohibet; hinc juſtum bellum 2) Statibus Imperii, tum per Pacem publicam 3), tum per ſingulas Cæſarum Capitulationes corroboratum eſt, nullo habito diſcrimine, an ſit defenſivum vel offenſivum 4), modo nec univerſalibus Imperii Legibus, nec provincialibus particularibus inde fiat injuria 5).

1) A. B. *cap. XVII.* §. *fin.* verb. *Probibemus etiam & damnamus univerſas & ſingulas guerras & lites injuſtas, cuncta quoque incendia injuſta ſpolia & rapinas &c.* Receſſus Imp. Spir. de A. 1526. § zum andern, & R. J. Aug. de A. 1530. §. Und dieweil Wir nun &c.

2) *BELLVM JVSTVM dicitur, quod a legitimis perſonis, juſtis de cauſis, legitimo modo & bona intentione ac fine, geritur.* Apud ROMANOS illud juſtum bellum ac legitimum erat, quod ſolemniter per collegium Fecialium decretum erat, licet juſtitia ſæpius defecerit. Feciales erant ex nobiliſſimis familiis delecti, toto vitæ curriculo ſacerdotium exercentes, a Numa conſtituti. Cum ergo gens aliqua Romanos injuria affeciſſet, unus ex Fecialibus eo proficiſcebatur, ut res ablatas vel ſontes profugos repoſceret: Quodſi ſtatim injuria non ſarciretur, triginta dies illis ad conſultandum dabat, quibus elapſis pium bellum iſti genti poterat indici. DION. HALIC. *L. II. C. LXXII.* Tum rurſus ad fines hoſtiles progreſſus, haſta ſanguinea in illos projecta, bellum certa formula illis indicebat. LIV. *L. I. C. XXXII.* Sed aucto poſtea imperio Romano, ſimulatio hujus juris in agro prope urbem Romam, qui hoſtilis dicebatur, eſt ſervata, OVID. *Faſt L. VI. v 205.* GERMANI veteres has ſolemnitates ignorabant, ſæpe enim ſine ulla juſta cauſa finitimos invadebant,

quippe erant gens militaris, cui ingrata quies TAC. *de Mor. Germ. C XIV.* Pigrum, quin immo & iners videbatur, sudore acquirere, quod possit sanguine parare CÆSAR. *de B. G. L. VI. C. XXXIII.* TACIT. *Hist. L. IV. C. XVI.* Nullam inde habebant infamiam, apud veteres Germanos, irruptiones extra fines Patriæ, quippe has, juventutis exercendæ ac desidiæ minuendæ causa fieri prædicabant. Alieni tamen ab hoc communi Germanorum more erant Chauci, pacem & justitiam amantes TAC. *de M. G. C. XXXV.* HODIE inter Status Imperii ad justas bellandi causas respicitur, inter quas referuntur:

(1) Defensio contra vim injustam, vim enim vi repellere licet *L. 1. ff. de vi & vi armata.*

(2) Contra subditos inobedientes & rebelles, in ordinem redigendos, per *R. J. Spir. de A. 1526. §. 6.* Und wiewohl, *& §. 8.* Es soll sich auch, *item §. 9.* Darauf so haben wir, *item per R. J Spir. de A. 1529. §. 14.* Desgleichen soll der *Articul &c.*

(3) In alterius Principis aut Status Imperii auxilium, arma sumere vel ipsi contra illius subditos rebelles armata manu assistere. Per *R. J. Spir. de A. 1529. §. 14. & R. J. Aug. de A. 1530. §. 70.*

(4) Contra alium quemcunque pacem publicam turbantem juste arma moventur LIMNÆUS *L. IV. C. VIII. §. 250. seqq.* & PFEFFINGER. *Vitr. Illustr. L. III. T. XIX. §. 81.*

3) Conf. Ord. vom Land-Frieden zu Augspurg *de A. 1548. §. 3.* R. J. de A. 1555. §. Nachdem aber. Instrum. pacis *A. VIII.*

4) Distingnendum est, utrum Status Imperii contra Con-Statum bellum defensivum aut offensivum suscipiat, an contra exterum Principem. PRIORI CASV in bello defensivo Imperatoris consensu opus non est, quia defensio est Juris Naturalis, & quod jure communi licitum est, precibus impetrandum non est. *L. un. C. de Thes.* Ast si Status Con-Statui bellum offensivum, ex privata causa infert, ante omnia Imperatorem de causa belli certiorum facere debet, alias impingit in Constitutiones Imperii, quæ ejusmodi civilia bella penitus proscribunt, constitutis semel summis judiciis, ubi lites Statuum Imperii dirimuntur, *Instr. pacis A. XVII.*

A. XVII. §. *7.* Hinc *diffidationes*, quæ in A. B. *C. XVII.* erant permissæ, abolitæ, & omne jus manuarium, das Faust- und Colben-Recht omnino abrogatum, paxque publica Königl. Land-Frieden zu Worms A. 1495. a Maxim. I. publicata, adhuc hodie de diffidationibus intermittendis, in novissimis Capitulationibus Leopoldi, Josephi & Caroli *A. II.* confirmata est. Qui secus faciunt, incidunt in crimen fractæ *Pacis Publicæ*, & in Camera Imperiali vel Aula Cæsaris mandata avocatoria contra eosdem decernuntur, sub pœna banni ac publicationis bonorum, ut milites dimittant. Uti factum in causa Coloniensi sub dato Wien d. 9. Jan. 1702. ad Officiales & Gregarios Electoris Coloniensis *Josephi Clementis*, apud FABRVM der Staats-Cantzelley. *Tom. VI. C. VIII.* §. *24. p. 569.* In causa Bavarica sub dato Ebersdorff. *die 10. Oct. 1702.* ad Cohortes Electoris Bavariæ, apud FABRVM c. l. *T. VII. C. XIII.* §. *14 v. 3. p. 723.* & sub dato Wien d. 29. Nov. 1702. ad ejusdem Vasallos & Subditos *ibid.* §. *32. p. 763.* Et denuo Wien d. 30. Jan. 1703. ad ejusdem exercitum apud FABRVM l. c. *T. VIII. C. I.* §. *6. p. 53.* POSTERIORI CASV, quando Status Imperii, cum Extero rem habet, non peccabit contra Constitutiones Imperii, licet nec Imperatorem de belli causa certiorem fecerit, nec specialem consensum ab eo exegerit: Nam pacis publicæ Constitutio non nisi inter Imperii membra observatur, & iniquum foret, Statum ad observationem pacis publicæ adstringere, adversario ejus ab illius observatione exemto. Conf. SCHWED. *Introd. in J. Publ. Part. spec. Sect. II. C. XVI.* §. *3.*

5) In der Erb-Landes-Vereinigung des Rheinschen Ertz-Stiffts Cölln *de A. 1463. A. 1550. confirmata Art. VI.* habetur; Item daß ein zukommender Herr gein Krieg anheven soll buißen Wißen und Willen Capittels und gemeiner Landschafft. Und in der Westphälischen Chur-Cöllnischen Landes-Vereinigung *de A. 1463. A. 1590. corroborata. A. XII.* §. *9.* Item der Herr soll kein Krieg anheben, er thue es dann mit Rhattde u. Willen seines Capittels, Ritterschafft und Stette des Ertz-Stiffts Cöln & §. 15. Soll der Herr vorthan keine Verbündniß machen noch angehen, baußen Wißen und Willen des Capit-

Capittels, Edelman, Ritterschafft und Städten des Ertz-Stiffts Cöln vorgeschrieben &c. Conf. FABER Staats-Cantzeley *T. VI. C. VIII.* §. 8. *p.* 478. Hinc Capitulum Coloniense, in Literis ad Cæsarem die 12 Dec. 1701. sub dato Cöln datis, expresse adduxit: Das einseitige Jus fœderum & armorum ist einem zeitlichen Ertz-Bischofen vermöge beyder hiesiger Erblandischen Einigungen und zwar in der Rheinischen §. 6. und in der Westphälischen §. 15. ausdrücklich untersagt, und kan hiewieder die prætextirte Landes-Noth und Krieges-Gefahr und was dergleichen mehr zum Schein eingerücket wird nichts erheben. FABER c. l. *C. VIII.* §. 15. *p.* 543.

Status Imperii cum Imperatore in administratione belli concurrunt.

§. XIV. Ex dictis apparet, quod Status Imperii cum Imperatore in administratione belli 1) concurrant. Hinc varia juxta Imperii Leges exinde fluunt: (I) Milites nomine Imperatoris & Statuum sive Imperatoris & Imperii conscribuntur 2). (II) Milites in servitio Imperatoris & Imperii habentur & audiunt das Reichs-Volck, die Reichs-Armée 3). (III) Belli Duces generales communi omnium Ordinum suffragio eliguntur, & sic a toto Imperio constituuntur 4). (IV) Belli Duces Imperii totusque Exercitus non solum Imperatori, sed etiam Imperio simul jusjurandum præstare tenentur 5). (V) Leges & Articuli militares, ut & Instructiones ab Imperatore & Statibus exercitui præscribuntur 6). (VI) Stipendia ab Imperatore & Statibus tam Officialibus quam Gregariis militibus constituuntur 7). (VII) De ceteris necessariis omnibus exercitui ab Imperio prospicitur 8). (VIII) Bellum geritur nomine Imperii, directione belli non nisi cum consensu Statuum, Imperatori relicta, ceterum quod armis Imperii subactum est, Imperio accrescit, nisi aliter inter Imperatorem & Status conventum 9).

1) Bellum intuitu Imperii dispescitur in *particulare & universale. Illud* est quod Jure Sup. Territ. Principes ac Status Imperii aut cum Exteris aut inter se gerunt. Sed istud non est nostræ considerationis. *Hoc* est quod Imperator cum Statuum Imperii consensu, Imperii nomine, contra ejus hostes gerit: & de hoc nobis sermo est.

2) *R. J.*

2) *R. J. Norimb. de A. 1522. §. 11.* Und sollen solche Knechte förderlichst von wegen Unser, und gemeiner Reichs-Stände angenommen, hinab gen Wien geschicket werden, & *R. J. Ratisb. A. 1598. §. 9.* So viel Kriegs-Volck zu Roß und Fuß, als weit sich solch Geld ungefehr erstrecken wird, allenthalben im Reich, wo die am besten zu bekommen, in Unserm und des Heiligen Reichs Nahmen werben &c.

3) *Vide* Fuß-Knechts Bestallung zu Speyer *A. 1570. A. 72. Item* Ordnung des Regiments zu Augspurg *de A. 1500. Titulo* wo dem Reich Glück und Sieg zustünden &c. Der Römisch-Kayserl. Majestät und des H. Römischen Reichs Kriegs-Heer *R. J. de A. 1641.* §. Bey den andern Puncten *&c.*

4) *R. J. Aug. de A. 1500. Tit.* des Reichs-Haupt-Mann betreffend, verb. So ist der Hochgebohrne Fürst Albrecht, Pfaltz-Graf bey Rhein und Hertzog in Ober- und Nieder-Bayern, Unser lieber Schwager, von dieser Versammlung zu einem gemeinen Hauptmann des H. Reichs erwehlet. Item *R. J. Ratisb. de A. 1541. §. 55.* Recentioribus temporibus munus *supremi Campi Mareschalli* adversus Turcas demandatum fuit A. 1664. Leopoldo Wilhelmo, Marchioni Badensi, a toto Imperio, pariter ac munus *locum tenentis Generalis*, Georgio Friderico, Comiti Waldeccio & *supremi Ductoris Equitatus*, Ulrico, Duci Würtenbergico, ac *Praefecti Peditatus*, *reique tormentariae*, Francisco, Comiti de Fugger. conf. LONDORPII *Acta publ. Tom. IX. L. X. C. XXVII. §. 21. p. 257.* &c. Cum anno 1704. Imperialis Exercitus contra Gallos eorumque socios mitteretur, Rex Romanus, JOSEPHUS, *Generalissimus*, sub quo Ludovicus Badensis & Christianus Ernestus, Marchio Brandenburgicus Barutanus, supremi Campi Mareschalli Imperiales, ab omnibus tribus Collegiis Imperii, constituti erant FABER Staats-Cantzeley *Tom. IX. c. X. p. 752.* Meretur huc referri conclusum trium collegiorum Imperialium de dato 21. Maji 1734. intuitu belli Ducum Imperii, verb. So ist in allen dreyen Reichs-Collegiis nach der Sachen reiffen Erwegung dafür gehalten und geschlossen worden, daß neben des Kayserl. General-Lieutenant Printzen Eugenii von Savoyen Durchl. als

als vor vielen Jahren bestellten ältesten und ersten Kayserl. und Reichs-General-Feld-Marschallen, aus seinen besondern Considerationen und ohne Consequens zu erkiesen, und die zweyte Reichs-Feld-Marschalls-Stelle des regierenden Hertzogs Carl Alexander zu Würtenberg, die dritte des Hertzogen Ferdinand Albrecht zu Braunschweig Bevern, die vierte des Fürsten Leopold zu Anhalt-Dessau Durchl. Durchl. Durchl., wegen deren von vielen Jahren her bekannten grossen Krieges-Erfahrenheit, auch Kayserl. Maj. dem Römischen Reich und dem gemeinen Wesen vielfältig geleisteten, stattlichen Treu und sehr nützlichen Kriegs-Diensten, jedoch dergestalt zu committiren, daß hiernächst auf erfolgenden Todes-Fall mehr als zwey General-Feld-Marschalle observata Religionis paritate bleiben und respective aufgestellet werden sollen. Die vacirende Reichs-General-Feld-Zeug-Meister-Stelle aber dem Grafen Julio Augusto von der Marck, wegen gleichfalls erworbenen Kriegs-Experience, und geleisteten nützlichen Kriegs-Diensten anzuvertrauen sey. Hoc Conclusum Imperator de dato Ratisponæ d. 21. Junii 1734. confirmavit. *vid.* Reichs-*Fama Tom. XVIII. §. 29. 30. p. 304. 305.* Quando in casu necessitatis Imperator solus exercitui Imperiali aliquem Ducem præficit, prouti *Josephus* 1707. Georgio Ludovico, Electori Brunsuicensi, postea Regi Angliæ, tale munus demandavit, hoc per decretum, Statibus Imperii notum facere & consensum eorum desuper expetere tenetur. Vid. LUNIGS Reichs-*Archiv Part. gen. p. 748. &* FABRI Staats-Cantzeley *Tom. XII. C. VI. §. 21. p. 493.*

5) *R. J. Aug. A. 1500. Tit.* des Hauptmanns-Eyd. *R. J.* Ratisp. *de A. 154.. & 55. & R. J. de A. 1506. Tit. 55. & 57.* quibus solemnitatibus *A. 1664.* belli Duces Imperatori & Imperio sacramento se obstrinxerunt, docet LONDORP. *Act. publ. Tom. IX. L. X. C. XXVII. §. 21. p. 257. 258.* FABER Staats-Cantzeley *Tom. IX. C. X. p. 753.*

6) *R. J. Aug. A. 1555. §. 85.* FABER *l. c. p. 736. &c.*

7) *R. J. Aug. de A. 1555. §. 85. & R. J. Wormat. de A. 1521. §. 33.* LONDORP. *c. l. §. 21. p. 257.* Aliquando stipendium a solis Statibus constituitur *R. J. de A. 1530. §. 109.* hinc & a toto Imperio dimittuntur. vid. Reichs-Schluß de A. 1664. d. 21. Octobr. apud LONDORP. l. c. §. 58. p. 283.

8) Vid. Chur-Maintz. Notification an den Reichs-Convent wegen übernommenen Ober-Commando der Reichs-Armée ihrer Churfürstl. Durchl. von Braunschweig-Lüneburg d. 20. August. 1707. apud FAB. Staats-Cantzeley *T. XII. C. VI. §. 20. p. 489. &c.* ibique conclusum trium collegiorum Imperii die Reichs-Operations-Cassa betreffend *§. 25. p. 505.*

9) *R. J. de A. 1567. §.* In gleicher Gestalt. *R. J. de An. 1598. §.* Und demnach. *& §.* So haben sie *&c. R. J. de A. 1603. §.* Und demnach. Ordn. des Regiments de A. 1500. Tit. Wo dem Reich Sieg und Glück zustünde. *R. Imp. Spir. de A. 1543. §.* Wir haben uns auch &c.

